

Kirchliches Verordnungs-Blatt

für die

Lavanter Diözese.

Inhalt: I. Litterae Apostolicae de Rosario et Litaniis Lauretanis, quibus paeconium „Regina s. Rosarii“ addatur. II. Decretum Urbis et Orbis de S. Rosario et additamento „Regina S. Rosarii“ in Litaniis Lauretanis. III. Decretum Urbis et Orbis de precibus in fine Missae recitandis. IV. Pastoral-Conferenz-Fragen pro 1884. V. Theologische Fragen zur Ausarbeitung pro 1884. VI. Bestimmungen betreffend die Pfarr-concursprüfung. VII. Abholung der hl. Oele am Gründonnerstag. VIII. Anzeige des Directorien- und Schematismen-Bedarfes und Vorlagen der Seelenstands-Ausweise pro 1885. IX. Silber-Votterie für Erbauung einer Kapelle in Hacking. X. Ministerial-Verordnung vom 2. Februar 1884 S. 22423 betreffend die Einbekenntnisse behus Bemessung der Religionsfondsbeiträge. XI. Ministerial-Erlaß betreffend die Matricen-Auszüge über italienische Statsangehörige. XII. Diözesan-Nachrichten.

I.

(Litterae Apostolicae de Rosario et Litaniis Lauretanis,
quibus paeconium „Regina sacratissimi Rosarii ora pro nobis“
addatur.)

LEO PP. XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Salutaris ille *spiritus precum*, misericordiae divinae munus idem et pignus, quem Deus olim effundere pollicitus est *super domum David et super habitatores Ierusalem*, etsi numquam in Ecclesia catholica cessat, tamen experrectior ad permovendos animos tunc esse videtur cum homines magnum aliquod aut ipsius Ecclesiae aut reipublicae tempus adesse vel impendere sentiunt. Solet enim in rebus trepidis excitari fides pietasque adversus Deum, quia quo minus appareat in rebus humanis praesidii, eo maior esse caelestis patrocinii necessitas intelligitur. — Quod vel nuper perspexisse videmur, cum Nos diuturnis Ecclesiae acerbitatibus et communium temporum difficultate permoti, pietatem christianorum per epistolam Nostram Encyclicam appellantes, Mariam Virginem sanctissimo Rosarii ritu colendam atque implorandam Octobri mense toto decrevimus. Cui quidem voluntati Nostrae obtemperatum esse novimus studio et alacritate tanta, quantam vel rei sanctitas vel caussae gravitas postulabat. Est enim neque in hac solum Italia nostra sed in omnibus terris pro re catholica, pro salute publica, suppli- catum: et Episcopis auctoritate, Clericis exemplo operaque paueuntibus, magnae Dei matri habitus certatim honos. Et mirifice sane Nos declaratae pietatis ratio multiplex delectavit: tempa magnificentius exornata: ductae solemni ritu pompea: ad sacras conciones, ad synaxin, ad quotidianas Rosarii preces magna ubique populi frequentia. Nec praeterire volumus quod gestienti animo accepimus de nonnullis locis, quos procella temporum vehementius affigit: in quibus tantus extitit fervor pietatis, ut presbyterorum inopiam privati redimere, quibus in rebus possent, suomet ipsi ministerio maluerint, quam sinere ut in templis suis indictae preces silerent.

Quare dum praesentium malorum sensum spe bonitatis et misericordiae divinae consolamur, inculcari bonorum omnium animis intelligimus oportere, id quod sacrae Litterae passim aperteque declarant, sicut in omni virtute, sic in ista, quae in obsecrando Deo ver-

satur, omnino plurimum referre perpetuitatem atque constantiam. Exoratur enim placaturque precando Deus: hoc tamen ipsum, quod se exorari sinit, non solum bonitatis suae, sed etiam perseverantiae nostrae vult esse fructum. — Talis autem in orando perseverantia longe plus est hoc tempore necessaria, cum tam multa Nos tamque magna, ut saepe diximus, circumstent ex omni parte pericula, quae sine praesenti Dei ope superari non possunt. Nimis enim multi oderunt *omne quod dicitur Deus et colitur*: oppugnatur Ecclesia neque privatorum dumtaxat consiliis, sed civilibus persaepe institutis et legibus: christiana sapientiae adversantur immanes opinionum novitates, ita plane ut et sua cuique et publica tuenda salus sit adversus hostes acerrimos, extrema virium coniuratos experiri. Vere igitur huius tanti proelii complectentes cogitatione certamen, nunc maxime intuendum animo esse censemus in Iesum Christum Dominum Nostrum, qui quo Nos ad imitationem erudiret sui, *factus in agonia prolixius orabat*.

Ex variis autem precandi rationibus ac formulis in Ecclesia catholica pie et salubriter usitatis, ea, quae Rosarium Mariale dicitur, multis est nominibus commendabilis. In quibus, quemadmodum in Litteris Nostris Encyclicis confirmavimus, illud permagnum, quod est Rosarium praecipue implorando Matris Dei patrocinio adversus hostes catholici nominis institutum: eaque ex parte nemo ignorat, sublevandis Ecclesiae calamitatibus idem saepe et multum profuisse. Non solum igitur privatorum pietati, sed publicis etiam temporibus est magnopere consentaneum, istud precandi genus in eum restitui honoris locum, quem diu obtinuit, cum singulæ christianorum familiae nullum sibi abire diem sine Rosarii recitatione paterentur. His nos de causis omnes hortamur atque obsecramus, ut quotidianam Rosarii consuetudinem religiose et constanter insistant: itemque declaramus, Nobis esse in optatis ut in Dioeceseon singularum templo principe quotidie, in templis Curialibus diebus festis singulis recitetur. Huic autem excitandæ tuendæque exercitationi pietatis magno usui esse poterunt familiae Ordinum religiosorum, et praecipuo quodam iure suo sodales Dominicanii: quos omnes pro certo habemus tam fructuoso nobilique officio minime defuturos.

Nos igitur in honorem magnæ Dei genitricis Mariae: ad perpetuam recordationem implorati ubique gentium per mensem Octobrem a purissimo Eius Corde praesidii; in perenne testimonium amplissimæ spei, quam in Parente amantissima reponimus; ad propitiam eius opem magis ac magis in dies impetrandam, volumus ac decernimus, ut in Litaniis Lauretanis, post invocationem, *Regina sine labe concepta*, addatur praeconus, *Regina sacratissimi Rosarii ora pro nobis*.

Volumus autem, ut hæ Litteræ Nostræ firmæ rataeque, uti sunt, ita in posterum permaneant: irritum vero et inane futurum decernimus, si quid super his a quoquam contingit attentari: contrariis non obstantibus quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die XXIV. Decembri Anno MDCCCLXXXIII, Pontificatus Nostri Anno Sexto.

TH. Card. MERTEL.

II.

(Decretum Urbis et Orbis de S. Rosario et additamento „Regina S. Rosarii“ in Litaniis Lauretanis.)

Decretum Urbis et Orbis.

Ad praesidium columenque militantis Ecclesiae virum sanctissimum excitavit misericors Deus, Dominicum Guzmanum inclitum Ordinis Praedicatorum conditorem et patrem, qui pugnare pro Ecclesia catholica aggressus est, maxime precatione confisus, quam Sacri Rosarii Marianii nomine primus instituit, et per se suosque Alumnos longe lateque disseminavit. Ad-

mirabilem hanc orandi formulam nobilis instar tesserae christiana pietatis Catholici semper habere consueverunt. Quare vix ac Sanctissimus Dominus Noster LEO PAPA XIII. ad opem a Iesu Christo per Mariam Virginem Eius Matrem praesentibus necessitatibus impetrandam, integrum mensem Octobrem Rosarii precibus in toto catholico Orbe hoc anno exigendum, encyclicis datis Litteris, indixit; ubique sacrorum Antistites et fideles populi, supremi Pastoris voluntati obtemperantes, frequentissima Rosarii recitatione pietatis suae et dilectionis erga Dei Matrem peramantissimam splendida argumenta exhibuerunt, certam spem foventes se, eadem Beatissima Virgine opitulante, a caelesti misericordiarum Patre in praesentibus tam privatis, quam communibus christiana reipublicae calamitatibus efficacius optata subsidia impetraturos.

Iamvero Sanctissimus idem Dominus Noster summopere cupiens tum augeri cultum erga ipsam augustam Dei Genitricem hac praesertim orandi consuetudine eidem Virgini gratissima, tum Christifideles ad hoc obsequium Ei praestandum magis magisque excitari, humilimas preces sibi oblatas a Rmmo Patre Iosepho Maria Larroca Magistro Generali Ordinis Praedicatorum, nimirum ut Litanis Lauretanis addendam indulgeat Reginae a Rosario invocationem, quae iamdudum apud Dominicanam Familiam in usu est, benigne ac perlubenter excepit. Volut propterea Sanctitas Sua praecepitque, ut ceteris Litaniarum Lauretanarum beatae Mariae praeconiis et hoc in Ecclesia universa in posterum addatur postremo loco, scilicet „*Regina Sacratissimi Rosarii, ora pro nobis.*“

Mandavit praeterea super his expediri Litteras in forma Brevis. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 10. Decembris 1883.

D. CARDINALIS BARTOLINIUS S. R. C. Praefectus.

LAURENTIUS SALVATI S. R. C. Secretarius.

L. + S.

In Litanis Lauretanis addatur penultimo loco, et quidem, si germanice recitatur:

„Königin ohne Macht der Erbsünde empfangen, — bitte für uns;

si vero slovenice:

„Kraljica brez madeža izvirnega greha spočeta, — prosi za nas;

ultimo seu postremo loco vero germanice:

„Königin des heiligen Rosenfranzes, — bitte für uns,

slovenice:

„Kraljica svetega rožnega vanca, — prosi za nas.

III.

(Decretum Urbis et Orbis de precibus in fine cuiusque Missae recitandis.)

Iam inde ab anno MDCCCLIX sa. me. Pius PP. IX, ad impetrandam Dei opem, quam tempora difficilia et aspera flagitabant, praecepit, ut, in templis omnibus Ditionis Pontificiae, certae preces, quibus sacras indulgentias adiunxerat, peracto sacrosancto Missae sacrificio, recitarentur. Iamvero gravibus adhuc insidentibus malis, nec satis remota suspicione graviorum, cum Ecclesia catholica singulari Dei praesidio tantopere indigeat, Sanctissimus Dominus Noster LEO PAPA XIII. opportunum iudicavit, eas ipsas preces nonnullis partibus immutatas toto orbe persolvi, ut quod christiana reipublicae in commune expedit, id communi prece populus christianus a Deo contendat, auctoque supplicantium numero divinae beneficia misericordiae facilius assequatur. — Itaque Sanctitas Sua per praesens Sacrorum Rituum Congregationis Decretum mandavit, ut in posterum in omnibus tum Urbis tum catholici orbis

Ecclesiis preces infra scriptae, ter centum dierum Indulgentia locupletatae, in fine eiusque Missae sine cantu celebratae, flexis genibus recitentur, nimirum:

„Ter Ave Maria, etc.

Deinde dicitur semel Salve Regina etc. et in fine:

V. Ora pro nobis, sancta Dei Genitrix,

R. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

OREMUS

Deus, refugium nostrum et virtus, adesto piis Ecclesiae tuae precibus, et praesta; ut, intercedente gloriosa et Immaculata Virgine Dei genitrici Maria, beato Iosepho, ac beatissimis Apostolis tuis Petro et Paulo et omnibus Sanctis, quod in praesentibus necessitatibus humiliter petimus, efficaciter consequamur. Per eundem Christum Dominum nostrum.

R. Amen.“

Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die Epiphanie Domini VI. Ianuarii MDCCCLXXXIV.

D. CARDINALIS BARTOLINIUS S. R. C. Praefectus.

LAURENTIUS SALVATI S. R. C. Secretarius.

L. † S.

Supra dictae preces in fine cuiuslibet s. missae non cantatae a quolibet sacerdote celebrante genibus flexis ante medium altare tam alta voce recitari debent, ut eas fideles facile audiant, et quidem in iis ecclesiis, ubi verbum divinum solummodo germanice praedicatur, in lingua germanica, in aliis in lingua slovenica.

Gebet nach der Messe.

Gegrüßt seist du Maria u. s. w. (dreimal). Gegrüßt seist du, Königin, Mutter der Barmherzigkeit, unser Leben, unsere Süßigkeit und Hoffnung, sei gegrüßt! Zu Dir rufen wir elende Kinder Eva's; zu Dir seufzen wir Trauernde und Weinende in diesem Thale der Jahren. Nun denn unsere Fürsprecherin, wende Deine barmherzigen Augen zu uns, und nach diesem Glende zeige uns Jesum die gebenedete Frucht Deines Leibes, o gütige, o milde, o süße Jungfrau Maria!

Bitt für uns, o heilige Gottesgebärerin!

Dass wir theilhaftig werden der Verheißungen Christi!

Lasset uns beten: Gott, unsere Zuflucht und unsere Kraft, erhöre die frommen Gebete Deiner Kirche und verleihe, dass wir Däsenige, um was wir in den gegenwärtigen Nöthen demüthig bitten, durch die Fürbitte der glorreichen und unbefleckten Jungfrau und Mutter Gottes Maria und des heiligen Josef und der heiligen Apostel Petrus und Paulus und aller Heiligen auch wirksam ersangen mögen, durch denselben Christus unseren Herrn. Amen.

Molitev po sveti meši.

Češčena si Marija i. t. d. (trikrat).

Češčena si Kraljica, Mati milosti, življenje, sladkost in naše upanje bodi češčena! K tebi vpijemo zapuščeni Evini otroci, k tebi vzdihujemo žalostni in objokani v tej dolini solz. Obrni tedaj, o naša besednica, svoje milostljive oči na nas in po tem revnem življenji pokaži nam Jezusa, blaženi sad svojega telesa: o vsmiljena, o dobrotljiva, o sladka Devica Marija!

Prosi za nas sveta Božja Porodnica!

Da bomo vredni obljud Kristusovih.

Molimo: Bog, naše priběžališče in naša moč, usliši pobožne prošnje svoje cerkve in dodeli, da po priprošnji častitljive in brezmadežne Device in Božje Porodnice Marije, svetega Jožefa, tvojih svetih apostolov Petra in Pavla in vseh svetnikov, česar v sedanjih potrebah ponižno prosimo, tudi gotovo dosežemo. Po istem Kristusu Gospodu našem. Amen.

Quamprimum hae literae ad Rev. Dominos Parochos devenerint, subito supradicta executioni mandari debent, et populus fidelis edocendus est, haec fieri ex iusu Sanctissimi Patris Leonis XIII. Insuper notatur:

1. Praecepit supra memoratae in pluribus exemplaribus typis mandantur, ita ut pro qualibet ecclesia nonnulla exemplaria ex peculio ecclesiae ipsius acquiri possint.
2. Preces etiam tunc recitari debent, si extra sacerdotem et ministrum nemo adesset.
3. Neque tunc ommitti possunt, si uno eodemque tempore plures sacerdotes s. missam celebrarent. Id tantummodo tunc observandum est, ut scilicet sacerdotes aliquantulum submissiore voce preces recitent, ne unus alium turbet.
4. Oratio „pro Papa“ in futurum cessat, utpote quia in eius locum preces supra memoratae succedere censendae sunt.

IV.

Pastoral-Conferenz-Fragen pro 1884.

In den heurigen Pastoral-Conferenzen sind nachstehende Fragen zu verhandeln — beziehungsweise von den hiezu Verpflichteten schriftlich zu beantworten:

1. Welche Verordnungen bestehen bezüglich der Vaterschafts-Erklärung bei unehelichen Kindern und der Eintragung dieser Erklärung in das Taufbuch?

Wie hat der Matrikelführer im Falle der Legitimierung eines unehelichen Kindes per subsequens matrimonium vorzugehen?

In welcher Weise und Form hat die Eintragung der Einwilligung des ehelichen Vaters in die Geschlechtung seines minderjährigen Kindes in der Trauungs-Matrik zu geschehen?

2. Welche Vorurtheile sind vielleicht auch in unserer Diöcese bezüglich des hl. Sakramentes der letzten Oelung, insbesondere darüber, wann es zu empfangen sei, und welche Wirkungen es hervorbringe, unter den Gläubigen anzutreffen?

Wie wären dieselben zu berichtigen?

Welche Grundsätze hat sich der Seelsorger bezüglich der Wiederholung des Empfanges dieses hl. Sakramentes in einer und derselben Krankheit gegenwärtig zu halten?

V.

Quaestiones theologicae pro anno 1884.

Im Jahre 1884 sind die nachstehenden theologischen Fragen von den zur Ausarbeitung verpflichteten Diözesan-Priestern schriftlich zu beantworten, und sind die Elaborate rechtzeitig an das betreffende f. b. Dekanalamt einzuschicken.

1. Dogma catholicum de Deo Creatore explanetur et defendatur adversus modernum Naturalismum — et quidem tum ex ratione tum ex revelatione.

2. Notio christiana humilitatis definiatur — necessitas et pulchritudo huius virtutis, econtra vero turpitudine superbiae demonstretur, et quidem etiam argumentis tum ex ratione tum ex revelatione desumptis.

3. Predigt. Ueber den Text: „Unus Dominus, una fides, unum baptisma“. (Ephes. C. IV, V. 5).

Erster Theil: Es gibt nur eine einzige wahre, seligmachende Kirche Christi — nach Vernunft und Offenbarung.

Zweiter Theil: Diese ist die katholische Kirche. — Warum? —

Erklärung des Satzes: Außerhalb der katholischen Kirche ist kein Heil („Extra ecclesiam catholicam non est salus“)

Der Schluß enthält die Pflichten des Katholiken gegen seine Kirche, wie sie sich aus dem Obigen ergeben.

Anmerkung. Der zweite Theil ist vollständig auszuarbeiten; das Uebrige nur zu skizziren, und zwar kann sich dabei der deutschen oder slowenischen Sprache bedient werden.

VI.

Die allgemeine Pfarrconcurs-Prüfung wird auch im laufenden Jahre in der f. b. Residenz zu Marburg zweimal abgehalten werden, und zwar am 6. 7. und 8. Mai und am 2. 3. und 4. September.

Die Gesuche um Zulassung zur Concursprüfung sind durch das betreffende f. b. Dekanalamt wenigstens 14 Tage früher anher vorzulegen.

VII.

Die Abholung der heiligen Oele hat, wie gewöhnlich, am Gründonnerstage in der f. b. Ordinariatskanzlei allhier zu geschehen. Für die Reinigung der Oelgefäße ist die erforderliche Sorgfalt zu tragen.

VIII.

Der Direktorien- und Schematismen-Bedarf pro 1885 ist von den f. b. Dekanalämtern bis Ende Juli anzugeben und zugleich der Ausweis über die Seelenzahl der unterstehenden Seelsorgstationen in Vorlage zu bringen.

IX.

Das f. f. Finanz-Ministerium hat mit dem Erlass vom 23. November 1883, B. 34420 dem Convente der Dominicanerinnen in Hacking bei Wien, welche daselbst eine öffentliche Mädchen Lehr- und Erziehungsanstalt mit dem Rechte zur Ausstellung statsgültiger Zeugnisse leitet, die Bewilligung zur taxfreien Durchführung einer Lotterie ertheilt, deren Reinerträgnis dem Bane einer auch dem Publikum zugänglichen Kapelle in Hacking zugewendet wird.

In huldvoller Anerkennung des mit diesem Unternehmen angestrebten, der Unterstützung jedes Christen würdigen, wahrhaft religiösen Zweckes, hat mit Allerhöchster Genehmigung Sr. Majestät des Kaisers Ihre k. u. k. Hoheit die durchlauchtigste Frau Erzherzogin Marie Valerie das Protectorat über dasselbe übernommen.

Die Lose, das Stück zu 50 fr. ö. W., zur Bziehung am 9. Oktober d. J. dieser großen Silber-Lotterie, 2000 Gewinnste, worunter 400 Haupt- und 1600 Nebengewinnste, zum größten Theile Silber-Gegenstände sind, werden mit 1. März d. J. zur Ausgabe gelangen.

Die Kanzlei der Lotterie befindet sich im Fürsterzbischöflichen Palais in Wien, I. Rotherthurmstraße 2.

Über Ansuchen des Ehrwürdigen Conventes der Dominicanerinnen zu Hacking bei Wien dto 20. Februar d. J. werden hiemit die hochwürdige Geistlichkeit und die Gläubigen der Lavanter Diözese auf diese Lotterie zu dem Behufe aufmerksam gemacht, daß sie durch Abnahme von Losen den edlen Zweck der Lotterie thunlichst fördern möchten. — Die Lose selbst sind aus der obenwähnten Kanzlei zu beziehen.

X.

Ministerial Verordnung vom 2. Februar 1884 B. 22423

betreffend die Einbekenntnisse behufs Bemessung der Religionsfondsbeiträge.

Die hochlöbliche k. k. Statthalterei in Graz hat unterm 1. März 1884 Zahl 3690 nachstehende Verordnung des hohen k. k. Ministeriums f. G. u. U. mitgetheilt:

Laut Erlasses vom 2. Februar d. J. J. 22423 fand der Herr Minister für Cultus und Unterricht in Ausführung der Bestimmung des 3. Absatzes des § 7, dann des Punktes 1 des § 9 der Verordnung vom 21. August 1881 R. G. B. Nr. 112 im Einvernehmen mit dem Herrn Finanz-Minister Nachstehendes zu verfügen:

In jenen Fällen, wo der Religionsfondsbeitrag für das Decennium 1881 — 1890 bereits bemessen oder doch das im § 4 dieser Verordnung vorgesehene Einbekenntnis bereits eingebraucht wurde, haben die Beitragspflichtigen zum Zwecke der Veranschlagung des Erträgnisses von Grund und Boden nach den neuen Katastral-Ansätzen und der neu bemessenen Grundsteuer nebst bezüglichen Umlagen die Nachtragsbekennnisse längstens binnen zwei Monaten vom Eintritte der Wirksamkeit dieser Verordnung bei der Bemessungsbehörde zu überreichen.

Wenn bisher weder der Religionsfondsbeitrag bemessen, noch zum Zwecke dieser Bemessung ein Einkommens-Bekenntnis erstattet worden ist, haben die Beteiligten, um des ihnen in den citirten § § der Verordnung vom 21. August 1881 vorbehaltenen Rechtes nicht verlustig zu werden, schon in dem auf Grund des § 4 einzubringenden Einbekenntnisse die das neue Katastral-Erträgnis, beziehungsweise die neue Grundsteuer samt Umlagen nachweisenden Behelfe beizubringen.

Diese Verordnung wurde auch im Reichs-Gesetz-Blatte kundgemacht.

XI.

Ministerial-Erlaß

betreffend die Matriken-Auszüge über italienische Staatsangehörige.

Die hochlöbliche k. k. Statthalterei in Graz hat unterm 10. März I. J. Nr. 29 Folgendes zur Dar nachachtung mitgetheilt:

„In Folge Erlasses des hohen k. k. Ministeriums des Innern vom 28. Dezember 1883 J. 19126 beehe ich mich das Gesuchen zu stellen, die Matrikenführer unter Hinweisung auf die im Reichsgesetzblatte sub Nr. 191 enthaltene Verordnung der Ministerien des Innern und für Cultus und Unterricht vom 28. Dezemb. 1883 mit Rücksicht auf das Herannahen des I. Quartaltermins ehestgefallig zur Ausfertigung gehörig beglaublicher Auszüge oder Bescheinigungen aus den Matriken über Geburten, Trauungen und Todesfälle von italienischen Staatsangehörigen entsprechend anzuweisen.“

Diesen Nebereinkommen gemäß sind die in deutscher Sprache ausgesertigten Geburts-, Traungs- und Todten-Scheine ohne lateinische Ueberzeugung mit Ende März, Juni, September und Dezember eines jeden Jahres von den mit der Matriken-Führung betrauten Organen im Wege der politischen Behörde erster Instanz (Bezirkshauptmannschaft, Stadtrath, Stadtamt) an die Statthalterei einzusenden und wird nur besonders hervorgehoben, daß über die Trauung zweier Personen, die zwei verschiedenen Gemeinden des andern Staates angehören, der Auszug oder die Bescheinigung in zweifacher Ausfertigung vorzulegen ist.“

XII.

Diözesan-Nachrichten.

Investirt wurden, als Pfarrer: die Herrn Josef Durčič zu St. Magdalena in Trennenberg und Augustin Hezl zu St. Valentini in Süssenheim, als Curat: Herr Franz Jan zu St. Anna in Prevorje.

Bestellt wurde als Administrator des f. b. Detanalamtes Tüffler Herr Mathias Stagoj, Pfarrer zu Trisail; als Provisor Herr Anton Fischer d. j. an der Hauptpfarre Tüffler.

Übersezt wurden als Kapläne die Herrn: Josef Kralj nach Sachsenfeld, Johann Govedič nach Schönstein, Mathias Kelemina nach Kötsch und Franz Klepač nach St. Egidien in W. B.

Wiederangestellt wurde der Provisor Herr Martin Gabere als Kaplan in Trennenberg.

Unbesetzt sind geblieben: die 1. Kaplaneien zu Tüffler und zu St. Martin bei Wind.-Graz, dann die Kaplanei zu St. Hema.

Gestorben ist der hochwürdige Herr Anton Žuža, f. b. Konsistorial-Rath, Lavanter Ehrendomherr, Zubelspriester, Ritter des kais. öster. Franz-Josefs-Ordens, Dechant und Hauptpfarrer in Tüffel, am 18. Jänner 1884 im seinem 85. Lebensjahre.

F. B. Lavanter Ordinariat zu Marburg,
am 18. März 1884.

Jakob Maximilian,
Fürstbischof.